

De la Lib^{ra} de Col^{on} de Cuenca.

**PRO
PACE SANCIENDA.**

**PRO
CHRISTIANISSIMI**

**CLIENTIBVS COMMOTIS,
ELVISIS, SPOLIATIS,**

occisis

AD URBANVM OCTAVVM
Pontificem Maximum,

DOCTOR MADAVITIS,

Theologiæ Professor, publicæ
quietis studiosus.

NANCAEI,

**Ex Officina Exulum, apud Petrum
Vvolscanium, sub signo S. Crucis.**

M. DC. XXXVIII.



*EIVLATVS PRINCIPVM
AFFLICTORVM.*

Luserat occisos, spoliatos luserat atrox
Neutralitas : Europa iacet : proh fœdere
rupto!

Gauvorijs, Rheti, Danus, Gōzaga, Bohemus,
Helueti, Ligures Parmensis, Saxo, Polonus,
Treuëris Allobrogum Dux, Brandemburgi-
cus, Heflus,

Scytha, Vvitembergus, Moguntia, Moschus,
Adolphus,

Venetus, Etruscus, Baddësis, Gens Lotharena,
Gustabus, Bauarus, Luneburgius, Agripinësis,
Gastonijs, Medicæa iacent, Neoburgus Agu-
stus.


Ergo Urbane foue, faueasq̄ue, fauumingere
pacis:

Mella cliens gustet, reuuenti spicula fige.

De Nanci, ce 1. de Avril, 1638.

AVEC PRIVILEGE.





**AD MAXIMUM
ECCLESIAE PONTIFICEM
VRBANVM OCTAVVM.**

BEATISSIME PATER:

AD te VRBANVM communem omnium
pro munere Patrem, Sedis Pontificis fa-
stigio decoratum, animo tum accenso,
tum supplici confugimus; vt studiosissi-
mè inuigiles pro amicitia restituenda, in-
ter duos potentiores Europæ Reges, quos arctissima
cognatio, & eiusdem Religionis professio coniunxit.
Te in hoc vno magnoperè sollicitum volumus, vt pa-
cis fœdera in ipsorum cordibus confirmes; & contra
vtrosque, aut saltem in eum, qui ad obseruandas Chri-
stianorum leges adduci nequeat, omnes Christianos
Principes in vnum concurrere studeas.


Lenitate Patris, & autoritate Pontificis vttere,
quando Religionis mala, quæ hinc sunt derivata, nec
valeamus dicendo consequi, nec enumerando percen-
sere. Tu enim uerò quotidie sic affatus; *Fœdera Gal-
lica Ecclesiam, & Religionem Catholicam ita preme-
re, vt nisi aliunde diuinitus prouisum esset, certissi-
mum eius ruina periculum putaremus.* Cùm Gallia
ministros argueres, eo quòd Purpuratus Sacerdos
Germaniæ sacerdotia iam ab impijs interuersa, om-
nino deleret; & Ecclesiæ unitatem, Rege suo inscio,
in plures partes scinderet, dum Germaniæ sceptrum
in Galliam transferre conaretur.

Num.

I.
*Pontifis-
cis leni-
tas insep-
pellatur.*

Num.

II.
*Arguis
Pontifex
factiosus.*



GALLORVM ERGA RHÆTOS PATROCINIVM.

- Num. I.** *Tumulus Rhetia.* **Num. II.** *Dissidia Rhetica ex alio stemite deriuantur.*
- ✠✠✠ Ir in primis Sanctitati vestræ ante oculos illud S^{cti} Lud Rhæticiæ dissidium, in quo nescimus, si ✠✠✠ tam de Religione, quàm de superioritate dimicatum, vt id enixius studeat, quo Romana disciplina longè, latèque illustretur. Quanto studio Rhætorum amicitia, à maioribus mundi Regibus fuerit desiderata, ob transitus per iuga Rhætica commoditatem, & quanta inde dissidij inter Principes Europæ semina sparsa affatim, ex antiqua rerum serie patet illis, qui voluerint æmulationis semina deriuare: ex quo Rhæti ab Aultriacis deficientes se confœderauerunt. Nunc igitur sat sit in memoriam reuocare, Volturenam anno 1432. à Venetis occupatam, mox Ducis Mediolanensis præsidio munitam, dein anno 1486. à tribus Rhæticiæ Ligis populatâ; anno 1494, Rhætis ereptam, & Ducibus Mediolanensibus feudo donatam, à Maximiliano Cæsare; post capto Ludonico Sfortia in Nouarensi conflictu, à Gallis occupatam, & auxiliante Iulio II. restitutâ à Maximiliano Sfortiæ. Dum contra hos Duces direptionibus grassarentur Rhæti, Volturenam adorti præsidio muerunt; quam cum Rhæti conseruare nequirent, anno 1513. ex Mediolanensi Ducatu auulsa, in Episcopi Curiensis, & trium Ligarum potestatem venit. Postmodum Rhæti contra ius fœderi multoties adstricti, à Principibus vicinis circumquaque tracti fuere, & lites nunquam consopitæ sunt, vt patet ex tabulis
- Num. III.** *Tabule elientelares.*
1509. 1514. 1515. 1532. 1574. 1578. 1589.
1597. 1600. 1604. 1605. 1606. 1607. 1610. 1613.
1614. 1617. 1619. 1621. 1622. 1624. 1626. Quæ plurics